BIBLIA: VETUS TESTAMENTUM. FULGENTIUS RUSPENSIS

Österreich (Wien), 1473-1474 Seite 60r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

septimo considerabit eam. Si in-
uenerit creuisse lepram in uest
emi lapides in quibus lepra est
f. & proiicet eos extra ciuitatem in
locum immundum: domum autem quam
radi iusserunt p circuitum. et spar-
gi puluerem rasuræ extra ur-
bem i locum immundum. lapides quoq;
alios apponi. pro his qui ablati
fuerant: et luto alio linqui do-
mum. Cum autem postea eruti fue-
rit lapides et pulus elatus. et alia
terra lita ingressus sacerdos vi-
derit emersam lepram et parie-
tes respersos maculis. lepra
g. perseuerante. et immunda domus
eius statim destruet. et lapides
eius ac ligna atq; uniuersum pul-
uerem proiicient extra oppidum
i locum immundum. Qui introierit
domum quido clausa est. immundus
erit usq; ad uesperum. Et qui
dormierit in ea. et comederit.
quippiam lauabit uestimenta
sua. Ed si introierit sacerdos inspe-
xerit lepram non creuisse in domo
h. postea demo lita fuerit: purifica-
bit eam reddita sanitate. et in
purificatione eius sumet duos
passeres lignumq; cedrinum et ver-
miculum atq; hysopum: et immo-
lato uno passere i uase fictile
super aquas uiuas. tollet lignum
cedrinum. et hysopum et coccum. et
passerem uiuum. et tinget ora in
sanguine passeris immolati at-
q; i aquis uiuentibus. et asperget
domum septies. purificabitq; eam
ta i sanguine passeris qui i aqis
uiuentibus. et i passere uiuo. lig-
noq; cedrino et hysopo atq; ver-
miculo. Cuiusq; dimittent passerem
auolare in agrum libere orabit
pro domo et iterum mundabitur. Ista
est lex omnis lepre et prosapiae.
lepre pestis et domorum. cicatri-
cis et erumpentis papulae lu-
centis macule. et i maculas spes
coloribus mutatis ut possit iudi-
cari quo tempore mundum quid ue immundum sit
Locutusq; est dominus: XV.
ad moysen et aaron dicens
Loquimini filiis israel. et dicite
eis. Vir qui patitur fluxum seminis
immundus erit. et hoc indicabitur
huiusmodi uitio subiacere: ea p singula
momenta adhaerent carni eius. at
q; retentum fluxus huius. Omne stra-
tum i quo dormierit immundum erit
et ubicumq; sederit. Si quis horum
tetigerit lectum eius. lauabit uesti-
menta sua. et ipse lotus aqua i-
b. mundus erit usq; ad uesperum. Si
sederit ubi ille sederat: et ipse
lauabit uestimenta sua. et lotus
aqua immundus erit usq; ad ues-
perum. Qui tetigerit carnem eius
lauabit uestimenta sua: et ipse
lotus aqua immundus erit usq; ad
uesperum. Si saliua hoc modo homo
iecerit super eum qui mundus est la-
uabit uestimenta sua: et lotus a-
qua immundus erit usq; ad uesperum.
Sagma super quod sederit immundum
erit. et quicquid sub eo fuerit q;
fluxum seminis patitur: pollutum erit
usq; ad uesperum. Qui portauerit
i. horum aliquid lauabit uestimenta
sua: et ipse lotus aqua immundus
erit usq; ad uesperum. omnis quem te-
tigerit qui talis est. nisi lotis an-
manibus. lauabit uestimenta sua
et lotus aqua: immundus erit us-
q; ad uesperum. Vas fictile quod teti-
gerit confringet: Vas autem ligneum
lauabitur aqua. Si sanatus
fuerit. qui hoc fecit sustinet passi-
onem mundabitur septem dies post
mundationem suam. et lotis uestibus
et toto corpore in aquis uiuentibus